calix crucis in manu eius. Imò nobiſcum ψ 75.
ipſe eſt in tribulatione : ergò ipſius mi- ψ. 91.
ſericordiâ freti, certiſſimam liberationem expectemus.

2. Exemplo Chriſti & nos ad juvandum proximum ſimus parati.

II. Diſputatio de Sabatho :

1. Notetur quæſtio Chriſti:

Licetne Sabatho curare?

V S V S.

Chriſtus eſt ſcrutator cordium: Co- ψ 7.
gnovit enim, quod illum obſervarent. Caveamus itaq; nobis â peccatis, pravisq; cogitationibus, quantum in nobis Apo: 2.
eſt, repugnemus.

2. Silentium Phariſæorum:

At illi tacuerunt.

V S V S.

Hoſtes Chriſti tandem oportet ob- Prov:21.
muteſcere, & jacere ad ſcabellum Chriſti ψ 110.
pedum.

Hoſtes veritatis licet convincantur, Evangelium tamen non amplectuntur. Quapropter vult Paulus, ut hominem hæreticum poſt unam atq; alteram correptionem vitemus. Tit. 3.

III. Sanatio ipſa: *Chriſtus apprehendit eum, ſanat, dimittit.*